



SCHRIFTEN


DER

UNIVERSITÄT

KIEN

aus dem Jahre 1855.

Band II



KIEN

Verlag von C. F. Mohr

1856

A

## Inhalt.

- I. Index scholarum per semestre aestivum habendarum.
- II. Verzeichniss der Behörden, Commissionen, Beamten, Institute, Lehrer und Studierenden im Sommersemester.
- III. Index scholarum per semestre hibernum habendarum.
- IV. Verzeichniss der Behörden etc. Wintersemester.
- V. Chronik der Universität.
  - 1) Personalmeldungen.
    - a. Anstellungen, Beförderungen und Ehrenbezeugungen.
    - b. Abberufungen, Todesfälle, Quieszirung.
    - c. Habilitationen und Promotionen.
  - 2) Von der Universität im Allgemeinen und von den Universitäts-Instituten.
    1. Zur Geschichte der Universität. Rectoratsbericht aus den Jahren 1853 bis 1855.
    2. Universitätsbibliothek.
    3. Das homiletische Seminar.
    4. Das katechetische Seminar.
    5. Anatomisches Theater und Museum.
    6. Das physiologische Laboratorium.
    7. Die medicinische Klinik im academischen Krankenhause.
    8. Die chirurgische Klinik im Friedrichshospitale.
    9. Die Königliche Hebammenlehr- und Gebär-Anstalt.
    10. Die pharmacognostische Sammlung.
    11. Das philologische Seminar.
    12. Die Münz- und Kunstsammlung.
    13. Das pädagogische Seminar.
    14. Das zoologische Museum.
    15. Der botanische Garten.
    16. Das mineralogische Museum.
    17. Das chemische Laboratorium.
    18. Das physikalische Institut.
    19. Das Museum vaterländischer Alterthümer.
    20. Der Kunstverein.

# INDEX SCHOLARUM

IN ACADEMIA

CHRISTIANA ALBERTINA

PER

INSTANS SEMESTRE AESTIVUM

A DIE INDE XVI. MENSIS APRILIS

USQUE

AD DIEM XVI. MENSIS SEPTILIS ANNI MDCCCLV

PUBLICE PRIVATIMQUE HABENDARUM.

---

 INEST GEORGII CURTII DE NOMINE HOMERI COMMENTATIO.
 

---

KILIAE.

EX OFFICINA C. F. MOHR.

## 3) Vom Convict und den Stipendien.

- a. Convictexamina.  
b. Stipendien.

1. Verzeichniss der im Herzogthum Schleswig vorhandenen Stipendien für Studirende.
2. Stipendien im Herzogthum Holstein für Studirende. (Meistens Nachträge zu Seestern-Pauly's Bericht. Schleswig 1823.)
3. Schassisches Stipendium.
4. Vertheilung der vom Consistorio zu vergebenden Stipendien im Jahre 1855.

## 4) Chronik der Gelehrtschulen.

## 5) Meteorologische Beobachtungen und Tabellen.

- Anhang. Bericht über die Wirksamkeit des Kunstvereins in Kiel in dem Zeitraum vom 8. April 1854 bis zum 31. Januar 1856.

## VI. Festreden, Memorien etc.

1. Zur Feier des Geburtstages Sr. Majestät des Königs Friederich VII. laden ein Rector und Consistorium. Inhalt: vom Einfluss der Philosophie auf die Jurisprudenz, besonders von der Benutzung der vier Arten des Grundes oder der Ursächlichkeit, von *H. Ratjen*.
2. Oratio qua in solemnibus regis augustissimi et serenissimi Friderici VII. natalicis vota publica nuncupavit *Georgius Curtius*.

## VII. Dissertationen.

- Medic.*
1. *J. Brix*, De laparotomiae indicationibus.
  2. *A. L. O. Jenner*, De alcoholismo chronico.
  3. *G. Volquarts*, De perichonritide laryngea.
  4. *A. Ritter*, De vaccinis.
  5. *F. Creutz*, De tumoribus ossium.
  6. *G. Stender*, De cordis morborum vi ad animum.
  7. *F. C. F. Sager*, De insania.
  8. *H. Holm*, De encephalomalacia arteriarum obstructione orta.
  9. *A. Henningsen*, De peritonitide perforatoria.
  10. *C. R. Matthiessen*, Congenitum oesophagi vitium in neonatis observatum.
  11. *Til. Dittmann*, De myelitis.
  12. *A. Berg*, De cerebri tumoribus.

Vjāsas, poetae nominis, analogiam fictum est; usitatur solum appellativum samāsas. Deinde quae de hujus vocabuli usu afferuntur, nihil aliud probant, nisi samāsas Indis fere valuisse quod Romanis compendium, vel ut ipsius Holtzmanni verbis utar (p. 487) „die gedrängte übersichtliche Darstellung des Ganzen, die auf die Schoenheit der Form verzichten musste, um den Stoff vollständig zu umfassen.“ Quid autem Homerus, cujus in singulis describendis copiosam perspicuitatem omnes mirantur cum fabularum compendio commune habet? Denique quominus Samāsas vocabulum cum graeco Ὀμηρος comparemus, grammaticae comparativae leges nos prohibent. Nam si Lacones, Eleos, Eretrienses excipimus, apud quos  $\epsilon$  litteram interdum in antiquioris  $\sigma$  locum successisse constat, Graeci ab illa commutatione, apud alias gentes frequentissima, prorsus abstinerunt. Quod cum Pottius, his in rebus accuratissimus, jam etymologicarum quaestionum volumine priore p. 131 docuerit, repetiit nuper in doctissimo de personarum nominibus libro p. 29. Ibi omnia fere quae de  $\sigma$  in  $\epsilon$  mutato Holtzmannus dixit, ita refellit, ut pauca tantum habeam quae addam. Nam duo exempla a Pottio praetermissa sunt: κραίνός et adjectiva in — ηρος. Prius a Boppio quidem cum sanscrito kshipras — quod celerem designat — comparatum est. Verum cum apud Graecos exstet καρπ-άλιμο-ς, significatione a κραίνό-ς non multum distans, et καρπ-άλι, quod proprie vertiginem designat, linguae graecae radix καρπ, καρπ vindicanda est, quae litteris juste mutatis recurrit in majorum nostrorum hlouf-an, nec separari potest ab eo quod est in lituanica lingua kryp-ti (verti, vacillare). Quod autem graecum εινής et latinum vinosus eadem esse contendit, id imprudenter factum est ab Holtzmanno. Dudum enim constat latina adjectiva in -osus, quae antiquitus in -osus terminabantur, graecis in -οεις ita respondere, ut utraque sanscritis in -vant comparentur. Tertium addere supervacaneum est; cui enim persuadeat  $\acute{\alpha}\rho\epsilon\acute{\iota}\nu$  cum sanscrito akshi, oculi nomine, cognatum esse, vir doctissimus inveniet neminem.

Longe minus incredibile est ea de Homeri nomine sententia cujus locupletissimus auctor exstitit Welckerus. A quo notum est Homeri nomen ex  $\acute{\alpha}\rho\epsilon\acute{\iota}\nu$  et  $\acute{\alpha}\rho\epsilon\acute{\iota}\nu$  derivatum ita explicari (*Epischer Cyclus* I, 125 sqq.), ut compositorem vel eum designare dicat, qui vetustiora carmina breviora in unum longius conjunxerit et quodammodo coagmentaverit („Zusammenfueger“). Quae nominis interpretatio cum multis propter simplicitatem placuerit, tamen non defuerunt qui eam rejicerent, in quibus Bernhardyus (*Griech. Litteratur* II, 90) et Nitzschium (*Sagenpoesie* p. 377) nominasse sufficet. Sed a nullo, quantum quidem scio, accuratius in hanc rem inquisitum est. Faciamus igitur inquirendi periculum, sed ita ut solius vocabuli rationem habeamus.



non multa addi poterunt, ὄμο- prorsus idem valet quod σύν. Qui enim una currunt possunt ii quidem et ὁμόδρομοι et σύνδρομοι vocari; qui vero ex diversis partibus orsi in cursu conveniunt non sunt ὁμόδρομοι, sed σύνδρομοι, ut ὁδοὶ σύνδρομοι sunt viae concurrentes; πέτραι sive σύδρομοι sive συνδρομάδες, quas Ovidius (Met. VII, 62) mediis concurrere in undis dicit. Itaque id maxime discriminis inter utramque vocem intercedere videtur, ut ὄμο- consortium quoddam significet ab initio actionis jam exstans, σύν etiam communionis ipsa actione deinceps effectae signum esse possit. Eam ob causam omnia vocabula quae aut res vel compositas, vel coagmentatas, vel conjunctas, aut ipsam conjunctionem, vel nectendo, vel miscendo, vel collocando vel denique scribendo effectam, aut homines quolibet modo componentes vel conjungentes designant, praepositam habent σύν non ὄμο- voculam: συμπαγής, σύγκρατος, συμφερός — σύμμαμα, σύνδεσμος, σύνθεσις, σύνταξις — συνθέτης, συγγραφεύς. Quae vero aliter se habere videntur, accuratius inspecta huic regulae contraria non sunt, ut homericum ὄμο-ηγερέες, quod quam habet conveniendi notionem ea jam in stirpe ἀγεγῆ inest, itaque praefixo illo ὄμο- non efficitur sed augetur eodem fere modo quo ἄμα cum verbo ἐπεσθαι conjunctum ejus significatum non immutat, sed paululum definit tantum et confirmat. Ita cum res se habeat, sequitur, poetam istum breviora carmina in majora corpora conjungentem non ὄμο-ηρον, sed potius sive συνηρόν, sive συνάρτην vel συνθέτην nominandum fuisse.

Breviores erimus de altera vocabuli parte. Quae enim aptandi significationem habent verbi ἀγῆ formae, eae aut reduplicatae sunt, ut ἀραρεῖν — quamquam hujus significatio sibi non constat — ἀράρισκιν, aut ad aoristum signaticum pertinent. Sin ἀραρεῖν cum ὀραρεῖν, λελαχεῖν, λελαθεῖν, ἀκαχεῖν, δεδαεῖν, ἀράρισκε cum ἀκάχιζε, ἐδιδασκε, ἀρσαι cum ὄρσαι, λῆσαι, στῆσαι, βῆσαι comparamus, eo deducimur, ut primariam radicis notionem intransitivam fuisse ponamus, quae est in ἀγῆ-η-ός, ἀγῆ-μενο-ς, ἀγῆ-τι, ἀγῆ-τιο-ς, ἀγῆ-θ-ρο-ν, ἀγῆ-θ-μό-ς, ἀγῆ-ι-θ-μό-ς, ἦρα (ἐπὶ ἦρα φέρεῖν), ἀγῆ-ε-σκ-ω, ἀγῆ-ε-τή et in magno compositorum numero, ex quo ἐν-αγῆ-ης, ἐγῆ-η-ος, ἐν-ἦρ-ης, ἀμφῆρ-ης, θυμῆρ-ης, πάρε-ηρ-ός commemorasse satis erit. Consentiant linguae cognatae. Sanserita enim nobis praebet Ί-tu-s, quod ubi juncturam significat prorsus respondet latino artu-s vel articulus, quibus ἀγῆ-θ-ρο-ν simillimum est. Nec longo intervallo ab his distare latinum ar-mu-s, Gothorum arm-s (brachium), Jacobus Grimmus docuit in lexico, quo nobis patrii sermonis ubertatem exponit. Et verisimile est arma proprie membra loricae, corpori apta (ἀρηρότα), dicta esse. Cum graeco ἀγῆ-η-αυ-tem, quod ejusdem stirpis est, comparatur lituanicum arti prope, artima-s propinquus, quibus fortasse latinum artu-s accedit; nam compages arta (Virg. Aen. I, 294) est ἐν ἀραρεῖα.

Fuit igitur sine dubio primariae radicis ἀγῆ notio aptum esse (*sich fuegen*). Ea autem praefixa syllaba ὄμο ita fere augetur, ut in antiquiore majorum nostrorum vocabulo ge-fuege. Itaque ὄμαρτῆ vel, quod Aristarchus maluit, ἀμαρτῆ ἐήσσοντες (Il. Σ, 571) dicuntur qui ad lini cantilenam tripudiant, ὄμαρτῆδην ἀκοντίσσαι (N, 584) vel ὄμαρτῆσαι (M, 400), qui eodem temporis momento jacula mittunt, ὄμηρεῖν et ὄμαρτεῖν qui gradum conferunt (Virg. Georg. III, 166) vel conjuncti eunt (*einen Schritt gehen*), et ὄμηρεῖτες sunt ἀκόντουχοι, συνήγοροι (Hesych.). Translata autem ad cantum significatione Musae ab Hesiodo Φωνῆ ὄμηρεῦσαι vocatae sunt (Theog. 38), quia conjunctis et inter se accommodatis vocibus cantant. Quem usum quamquam Welckerus (p. 129) pro sua sententia affert, Musae tamen apte concinentes ab illa quam quaerit significatione coagmentandi longius absunt. Restant Ζεὺς Ὀμάριος, qui ab eodem viro docto commemoratur (p. 128), et Ὀμάριον sive Ἀμάριον, utrumque a concordia dictum, nam si ὄμηροι fuerunt apti inter se et connexi inde facilis erat transitus ad designandum concordiae et testem et locum. Et quae ὄμηροι dicta sunt concordiae pignora, hoc nomen ex eo accepisse videntur, quod haec pacis confirmatio utrique parti ἐνὶ φρεσὶν ἦραρε.

Quare cum Homerus nobis nec fabulosus Samasas, ipsis Graecis antiquior, nec compositorum eponymus („*Ahnherr der Zusammenfueger*,” Welck. p. 162) esse videatur, quaeritur, quid tandem significare possit nomen illud explicatu difficillimum, an forte quod apud Suidam de Homero fertur ἀγνωστος τοῖς ἀνθρώποις idem in nomen cadat. Verum haud inepte Müllenhoffio in mentem venisse videtur (p. 71), vocabulum Ὀμηρος simile quid sonasse atque germanicum ‚geselle,’ ‚gehelfe’ quibus nominibus poetae medii aevi se salutabant. Sed ejus vocis pluralem numerum veri simile est ante singularem fuisse. Reputatis enim iis quae Boeckhius, vir praeclarissimus, in prooemio indicis lect. Berol. aest. a. 1834 de Homeridarum gente, quae Chii fuit, luculenter exposuit, sic fere nomen Homeri ortum esse existimaverim, ut primum poetae inter se conjuncti et apti ὄμηροι vocati sint, ii deinde gentis sodalitio inito patronymicum Ὀμηρίδαι nomen acceperint, postea vero ex civiliū gentium more eponymus quidam inventus sit Ὀμηρος, ‚qui gentis potius quam suam personam sustineret.’ Nam similem sane in modum qui a cantus suavitate εὐμολποι vocati erant facti sunt Εὐμολπίδαι, Eumolpidarum autem auctor inventus est Eumolpus; nec puto post ea quae a Boeckhio demonstrata sunt quemquam dubitaturum, quin Αἰθαλίδαι, Εὐπυρίδαι, Παμβωτάδαι, Κρωπίδαι (κρωπίον), Χαλκίδαι vel Milesiorum Εὐαγγελίδαι a negotio quod factita-

bant denominati sint. Fiet igitur Homerus nobis auctor vel eponymus poetarum gentilitia communiōe inter se conjunctorum (*Ahnherr der Sangerinnungen*).\*)

Ceterum hanc nominis interpretationem evinci posse minime confido. Probabilior sane mihi videtur quam quas ante examinavimus. Verum in quaestione difficili multumque tractata satis mihi fecisse videbor si demonstravero, a nobis quoque, qui his in rebus cum Lachmanno sentimus, nomen Homeri probabilem in modum posse explicari.

\*) Cf. Hoffmann, *Allg. Monatschrift*, April 1852, qui simile quid de re suspicatur, quamquam nomen aliter interpretatus est.

## SCHOLAE PROFESSORUM ORDINARIORUM.

### EX ORDINE THEOLOGICO.

Dr. C. Lüdemann, h. t. Dec., 1) publico officio seminarii homiletici studii et exercitationibus praeerit diebus Jovis hh. X. et XI.; 2) *privatim*: a) ethicen Christianam docebit diebus Lunae, Martis, Jovis ac Veneris h. IV., b) scholarum popularium rationem explicabit diebus Lunae ac Jovis h. V., c) seminarii catechetici exercitationibus et studia moderari perget diebus Mercurii hh. X. et XI. — Vocis cantus liturgici legibus conformandae cura viro hujus artis peritissimo demandata est.

Dr. N. Thomsen publice archaeologiam et historiam cultus sacri Christianorum tradet singulis diebus Saturni, binis horis XI—I. *Privatim* historiam ecclesiae Christianae universalem per partem ejus secundam quinque h. XI—XII. enarrabit; item theologiam biblicam veteris et novi testamenti quinque h. III—IV. exponet. *Privatissime* denique, sed *gratis* exercitationes historico-theologicas singulis diebus Saturni hh. VI—VIII. moderari perget.

Dr. C. Wieseler 1) tria priora evangelia *privatim* diebus Lunae, Martis, Veneris et Saturni hora X—XI. interpretabitur; 2) gravissima psalmorum capita *privatim* diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris XII—I. explicabit; 3) historiam passionis Jesu Christi secundum quatuor evangelia die Jovis hora X—XI. et die Saturni hora XII—I. publicis lectionibus exponet.

Dr. G. Fricke 1) publice epistolam Pauli ad Galatas datam binis diebus Mercurii et Saturni hora IV—V. interpretabitur; 2) *privatim*: a) historiam dogmatum inde a Christo nato usque ad reformationem exponet quinque horis, diebus Martis et Veneris horis V—VII. et die Mercurii hora V—VI.; b) principia Protestantismi utriusque ejusque historiam internam inde a Spenero usque ad nostram memoriam adumbrabit quaternis horis, diebus Lunae et Jovis horis V—VII.

### EX ORDINE IURIDICO.

Dr. J. W. Planck *privatim* 1) jus criminale quinque per hebdomadam h. XI. tradet; 2) exercitationes practicas, quales in judiciis privatis hodie in usu sunt, moderabitur ternis scholis h. XII.

Dr. *A. C. J. Schmid*, h. t. Dec., jus privatum ducatus Slesvici omnibus diebus non festis, h. IX—X., quater *privatim*, bis *publice* docebit.

Dr. *Guilielmus Girtanner* *privatim* Institutiones atque historiam juris Romani quaternis per hebd. diebus h. X—XII. tradet duce libro: *Lehrbuch der Institutionen von Th. Marezoll. 5. Aufl. Leipzig 1854.*

Dr. *C. Neuner* *privatim* doctrinam Pandectarum senis per hebd. diebus hh. X—XII. explicabit duce libro: *Puchta, Lehrbuch der Pandekten.*

Dr. *Guilielmus Eduardus Wilda* *publice* Examinatorium ac Conversatorium juris Germanici ac Holsatici privati instituet bis h. XI. *Privatim*: Historiam juris Germanici, inprimis ducatus Holsatiae ratione habita quinquies per hebd. enarrabit h. X.

#### EX ORDINE MEDICORUM.

Dr. *W. F. G. Behn* *privatim* 1) Zoologiam quinquies per hebd. h. XII. docebit; 2) quaternis scholis h. III. systema nervorum et organa sensuum demonstrabit.

Dr. *C. C. Th. Litzmann*, h. t. Dec., *privatim* 1) theoriae artis obstetriciae partem secundam tradet diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. VIII.; 2) Clinicen obstetriciam moderabitur diebus Lunae, Mercurii, Jovis et Veneris h. IX.

Dr. *Aemil. F. Goetz* 1) pathologiae et therapiae specialis partem II. docebit sexies per hebd. h. IX—X.; 2) exercitationibus clinicis praerit quotidie h. X—XII.

#### EX ORDINE PHILOSOPHORUM.

Dr. *H. Ratjen* Historiam literariam juris civilis adumbrabit diebus Lunae et Jovis h. pomeridiana III—IV. Bibliothecam publicam aperiet diebus horisque consuetis.

Dr. *P. W. Forchhammer* *privatim* 1) Archaeologiam tradet quaternis diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. XII—I.; 2) Aristotelis libros de republica interpretabitur ternis diebus Martis, Jovis et Veneris h. XI—XII.; 3) disputationes de rebus mythologicis et topographicis instituet singulis diebus Saturni hh. XI—I. Publico officio in seminario philologico tragoediae Aschyleae interpretationi praerit singulis diebus Mercurii hh. XI—I.

Dr. *C. Himly* 1) chemiam theoreticam docebit et experimentis illustrabit h. X—XI.; 2) Exercitationes practicas et analyticas et pharmaceuticas in laboratorio academico sueto more hh. XI—II. instituet.

Dr. *G. Karsten*, h. t. Dec., *privatim* 1) physicen experimentalem senis diebus h. IX—X. leget; 2) mineralogiae systema quater p. h. diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. X—XI. exponet; 3) exercitationes physices practicas sueto more instituet;

*publice* crystallographiam die Mercurii h. X—XI. tradet; *privatissime* sed *gratis* colloquia physica moderabitur.

Dr. *H. M. Chalybaeus* 1) *publice* principia aesthetices diebus Lunae et Jovis h. IX—X.; 2) *privatim* introductionem propaedeuticam in systema philosophiae diebus Martis et Veneris IX—X.; 3) philosophiam religionis quat. h. VIII—X. diebus Mercurii et Saturni; 4) historiam philosophiae antiquae quaternis diebus h. IV. explicabit.

Dr. *Georgius Curtius* *privatim* 1) Grammaticam latinam docebit diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. IX.; 2) Thucydides orationes interpretabitur diebus Lunae, Martis et Jovis h. X.; 3) publico officio seminarii philologici sodalibus Sallustii conjugationem Catilinarium interpretandam proponet reliquisque exercitationibus praerit d. Mercurii h. IX—XI., d. Veneris h. X—XI.

Dr. *Guilielmus Seelig*, 1) artem financiarum diebus Martis, Mercurii, Jovis et Veneris h. VIII. tradet; 2) idem de selectis politiae oeconomicae capitibus *publice* disseret diebus Martis et Veneris h. VII.

Dr. *Karolus Müllenhoff* *privatim* Taciti Germaniam diebus Jovis et Veneris h. III—IV. interpretabitur; grammaticam theodiscam diebus Lunae, Martis et Mercurii h. III—IV. docebit; *publice* exercitationes theodiscas diebus Jovis et Veneris h. IV—V. moderari perget.

Dr. *Gustavus F. Thaulow* 1) *privatim* historiam philosophiae recentioris quater explicabit diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. VII—VIII.; 2) historiam architecturae et sculpturae apud Graecos et Romanos semel enarrabit die Mercurii h. III—IV.; 3) paedagogiam et didacticam quater docebit diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. III—IV.; 4) *publice* in seminario paedagogico exercitationes practicas moderari perget. *Privatissime* repetitoria offert.

#### PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

##### IURIS.

Dr. *C. Christiansen* *privatim* processum criminalem quater per hebdom. h. X—XI., juris philosophiam quater p. h. hora XI—XII. docebit.

##### MEDICINAE.

Dr. *F. H. Hegewisch* *privatissime* artem medicam docebit.



Dr. *F. Weber* *privatim* quinquies per hebd. h. VII. anatomiam pathologicam generalem et specialem docebit; *publice* ubi et quando id fieri poterit, sectiones, et inde exercitationes pathol. histolog. instituet.

Dr. *P. L. Panum* *privatim* physiologiae humanae sectionem primam, sc. physiologiam generalem et physiologiam functionum vitae animalis sexies p. h. horis p. IV—VI. docebit et experimentis illustrabit; *privatissime* exercitationes chemicas et histologicas medicorum sueto modo diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris h. m. IX—XII. moderabitur.

Dr. *G. P. E. Kirchner* *privatim* 1) Organicam chemiae pharmaceuticae partem die Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. m. VIII—IX.; 2) Pharmacologiae partem generalem die Mercurii h. m. VIII—IX., die Saturni h. m. VIII—X. docebit; 3) Medicinam forensem, juris studiosis praecipue accommodatam, die Lunae, Jovis et Veneris h. XII—I. aut alia hora, audituris commoda, tradet.

#### PHILOSOPHIAE.

Dr. *E. F. Nolte* *publice* demonstrationes plantarum h. III—IV. d. Lunae et Jovis instituet; *privatim* botanicen docebit h. VII—VIII. quinquies per hebdomadem. Excursiones botanicas hor. postmerid. III. d. Saturni instituet. Nec iis deerit, qui praelectionibus suis *privatissimis* de singularum plantarum familiis uti volunt.

Dr. *K. W. Nitzsch* *privatim* 1) Daniae et ducatum historiam enarrabit quinquies per hebd. hora IV—V.; 2) Antiquitates Romanas adumbrabit ter per hebd. hora IX—X. *Publice* exercitationes historicas instituet semel per hebdomadem.

Dr. *Fridericus Harms* tradet *privatim* logicam ternis p. h. diebus hor. VIII.; *publice* encyclopaediam scientiarum naturae bis p. h. hor. VIII.

*Chr. K. F. Molbeck* bis per hebd. *publice* carmina mythologica Oehlenschlaegeri explicabit; *privatissime* sed *gratis* exercitationes danicas ternis p. h. horis, diebus Lunae, Martis et Jovis h. VI—VII. solito more moderabitur.

Dr. *G. D. E. Weyer* *privatim* 1) astronomiam calculatorem docebit diebus Lunae, Martis et Mercurii h. VI—VII.; 2) trigonometriam atque theoriam sectionum conicarum leget diebus Lunae, Mercurii et Saturni h. X—XI.; *publice* calculi differentialis et integralis partes selectas tractabit diebus Jovis et Veneris h. VI—VII.

Dr. *A. Dillmann* 1) *privatim* librum Jesaiae quater per hebdomadem, diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. IV—V. interpretabitur; 2) *privatissime* sed *gratis* grammaticam linguae Sanscritae ternis diebus docebit; 3) *publice* exercitationes hebraeo-exegeticas binis vel ternis horis pomer. moderari perget.

#### DOCTORUM PRIVATORUM.

#### IURIS.

Dr. *Ernestus Friedlieb* 1) jus privatum germanicum inprimis juris Holsatici rationem habiturus quinque lectionibus iisque *privatis* docebit h. IX.; 2) juris ecclesiastici tam catholici quam protestantium principia *privatim* explicabit diebus Lunae, Mercurii et Veneris h. XII.; 3) juris encyclopaediam eadem hora diebus Martis, Jovis et Saturni ad librum suum *Juristische Encyclopädie*, Kiel 1853, bis *privatim*, semel *publice* exponet.

#### MEDICINAE.

Dr. *W. H. Valentiner* de evolutione ovi animalium vertebratorum et hominis disseret.

Dr. *Th. Valentiner* *privatim* docebit histologiam cum exercitationibus practicis quaternis scholis, horis definiendis.

Dr. *P. Jessen* *publice* Psychologiam diebus Martis et Veneris h. IX—X. docebit.

Dr. *Herm. Schwartz* *privatim*: De puerperarum morbis disseret ter per hebdomadem; *privatissime*: Operationes obstetricias explicabit.

Dr. *F. Esmarch* *privatim* clinicen chirurgicam moderabitur quotidie horis XII—II.; chirurgiam docebit quotidie hora pomerid. III—IV.; *privatissime* cursum operationum chirurgicarum instituendum offert.

Dr. *Carolus Bartels* 1) *privatim* de morbis venereis bis per hebd.; 2) *publice* de sectionibus legalibus bis per hebd. disseret.

Dr. *M. Claudius*, prosector, *privatim* 1) Histologiam tradet cum exercitationibus practicis, sexies p. h.; 2) Anatomiam topographicam corp. hum. bis p. h.; 3) Osteologiam et syndesmologiam ter p. h.; *privatissime* examinatoria de anatomia corp. hum. habebit.

#### PHILOSOPHIAE.

Dr. *G. H. Handelmann* *publice* historiam Americanam semel per hebd. perget enarrare; *privatim* ternis per hebd. horis historiam tradet temporis Caroli V. et sacrorum instauratorum.

Dr. *P. Buttel* *privatim* theoriam numerorum ter per hebd. diebus Lunae, Mercurii et Saturni h. XI—XII. tradet; *publice* selecta capita geometriae analyticae bis per hebd. diebus Martis et Veneris h. IX—XI. leget.

LECTORES LINGUARUM ET ARTIUM MAGISTRI.

S. Lubben, lector linguae anglicae, publice diebus Mercurii et Saturni hora VIII—IX. exercitationes practicas anglice scribendi et legendi instituet. Privatissime scholas anglicas quotidie habendas offert.

J. A. Schwob-Dollé, linguae gallicae lector, publice binis per hebd. diebus exercitationes gallicas instituet. Praeterea lectiones privatissimas offert.

P. Guil. de Balle, publicus equitandi magister, artem equos subigendi docebit, et scholas habebit de externa forma equorum recte iudicanda.

Th. Rehbenitz, artis delineandi magister publicus, eorum, qui opera ejus uti velint, in delineandi et pingendi arte exercitationes moderabitur.

Armorum tractationem, saltationem, reliquam gymnasticam discere cupientibus non deerunt magistri harum artium peritissimi ad easque docendas publico stipendio conducti.



Tabellarische Uebersicht der Vorlesungen,

nach den Stunden geordnet.

Sommerhalbjahr 1855.

Stunde	Montag.	Dienstag.	Mittwoch.	Donnerstag.	Freitag.	Sonnabend.
7—8	Thaulow, Gesch. d. neuern Philosophie. Weber, pathol. Anatomie. Volte, Botanik.	Seelig, Volkswirtschafts-politik. Thaulow, Gesch. d. neuern Philosophie. Weber, pathol. Anatomie. Volte, Botanik.	Weber, pathol. Anatomie. Volte, Botanik.	Thaulow, Gesch. d. neuern Philosophie. Weber, pathol. Anatomie. Volte, Botanik.	Seelig, Volkswirtschafts-politik. Thaulow, Gesch. d. neuern Philosophie. Weber, pathol. Anatomie. Volte, Botanik.	
8—9	Litzmann, Entbindungsk. Kirchner, org. Theil der pharm. Chemie. Harms, Logik.	Litzmann, Entbindungsk. Seelig, Finanzwissensch. Kirchner, org. Theil der pharm. Chemie. Harms, Logik.	Chalybäus, Religionsphil. Seelig, Finanzwissensch. Kirchner, Pharmacologie (allgem. Theil.) Harms, Logik.	Litzmann, Entbindungsk. Seelig, Finanzwissensch. Kirchner, org. Theil der pharmac. Chemie.	Litzmann, Entbindungsk. Seelig, Finanzwissensch. Kirchner, org. Theil der pharmac. Chemie. Harms, Logik.	Chalybäus, Religionsphil. Kirchner, Pharmacologie (allgem. Theil.) Harms, Logik.
9—10	Schmid, Schl. Privatrecht. Litzmann, maeut. Klinik. Götz, spec. Path. u. Ther. Karsten, Experimentalph. Chalybäus, Aesthetik. Curtius, lat. Grammatik. Panum, chem.-hist. Ueb. Nitzsch, Röm. Alterthum. Friedlieb, Deutsches und Holst. Privatrecht.	Schmid, Schl. Privatrecht. Götz, spec. Path. u. Ther. Karsten, Experimentalph. Chalybäus, philos. Propädeutik. Curtius, lat. Grammatik. Panum, chem.-hist. Ueb. Friedlieb, Deutsches und Holst. Privatrecht.	Schmid, Schl. Privatrecht. Litzmann, maeut. Klinik. Götz, spec. Path. u. Ther. Karsten, Experimentalph. Chalybäus, Religionsphil. Curtius, philol. Seminar. Panum, chem.-hist. Ueb. Friedlieb, Deutsches und Holst. Privatrecht.	Schmid, Schl. Privatrecht. Litzmann, maeut. Klinik. Götz, spec. Path. u. Ther. Karsten, Experimentalph. Chalybäus, Aesthetik. Curtius, lat. Grammatik. Panum, chem.-hist. Ueb. Friedlieb, Deutsches und Holst. Privatrecht.	Schmid, Schl. Privatrecht. Litzmann, maeut. Klinik. Götz, spec. Path. u. Ther. Karsten, Experimentalph. Chalybäus, phil. Propädeutik. Curtius, lat. Grammatik. Panum, chem.-hist. Ueb. Nitzsch, Röm. Alterthum. Friedlieb, Deutsches und Holst. Privatrecht.	Schmid, Schl. Privatrecht. Götz, spec. Path. u. Ther. Karsten, Experimentalph. Chalybäus, Religionsphil. Kirchner, Pharmacologie (allgem. Theil.)
10—11	Lüdemann, homil. Sem. Wieseler, drei erst. Evang. Girtanner, Institutionen. Neuner, Pandekten. Wilda, Deutsche Rechtsgeschichte. Götz, klin. Uebungen. Himly, theor. Chemie. Karsten, Mineralogie. Curtius, Thucydides. Christiansen, Criminalprc. Panum, chem.-hist. Ueb. Weyer, Trig. u. Kegelschn.	Wieseler, drei erst. Evang. Girtanner, Institutionen. Neuner, Pandekten. Wilda, Deutsche Rechtsgeschichte. Götz, klin. Uebungen. Himly, theor. Chemie. Karsten, Mineralogie. Curtius, Thucydides. Christiansen, Criminalprc. Panum, chem.-hist. Ueb. Weyer, Trig. u. Kegelschn.	Lüdemann, homil. Sem. Wieseler, Passionsgesch. Girtanner, Institutionen. Neuner, Pandekten. Wilda, Deutsche Rechtsgeschichte. Götz, klin. Uebungen. Himly, theor. Chemie. Karsten, Mineralogie. Curtius, philol. Seminar. Panum, chem.-hist. Ueb. Weyer, Trig. u. Kegelschn.	Lüdemann, homil. Sem. Wieseler, Passionsgesch. Girtanner, Institutionen. Neuner, Pandekten. Wilda, Deutsche Rechtsgeschichte. Götz, klin. Uebungen. Himly, theor. Chemie. Karsten, Mineralogie. Curtius, philol. Seminar. Panum, chem.-hist. Ueb. Weyer, Trig. u. Kegelschn.	Wieseler, drei erst. Evang. Girtanner, Institutionen. Neuner, Pandekten. Wilda, Deutsche Rechtsgeschichte. Himly, theor. Chemie. Karsten, Mineralogie. Curtius, philol. Seminar. Panum, chem.-hist. Ueb. Weyer, Trig. u. Kegelschn.	Wieseler, drei erst. Evang. Neuner, Pandekten. Götz, klin. Uebungen. Himly, theor. Chemie. Weyer, Trig. u. Kegelschn.

Stunde	Montag	Dienstag	Mittwoch	Donnerstag	Freitag	Sonnabend	
11—12	Thomsen, Kirchengesch. Planck, Criminalrecht. Girtnauer, Institutionen. Neuner, Pandekten. Götz, klin. Uebungen. Himly, chem.-prakt. Ueb. Forchhammer, Rechtsphil. Panum, chem.-hist. Ueb. Buttel, Zahlentheorie.	Thomsen, Kirchengesch. Planck, Criminalrecht. Girtnauer, Institutionen. Neuner, Pandekten. Götz, klin. Uebungen. Forchhammer, Aristoteles Politik. Himly, chem.-prakt. Ueb. Christiansen, Rechtsphil. Panum, chem.-hist. Ueb. Buttel, Zahlentheorie.	Lüdemann, Katech. Sem. Thomsen, Kirchengesch. Planck, Criminalrecht. Girtnauer, Institutionen. Neuner, Pandekten. Wilda, Examinator über Deutsches Recht. Götz, klin. Uebungen. Forchhammer, phil. Sem. Himly, chem.-prakt. Ueb. Panum, chem.-hist. Ueb. Buttel, Zahlentheorie.	Lüdemann, hognfl. Sem. Thomsen, Kirchengesch. Girtnauer, Institutionen. Neuner, Pandekten. Götz, klin. Uebungen. Forchhammer, Aristoteles Politik. Himly, chem.-prakt. Ueb. Christiansen, Rechtsphil. Panum, chem.-hist. Ueb. Buttel, Zahlentheorie.	Thomsen, Kirchengesch. Planck, Criminalrecht. Girtnauer, Institutionen. Neuner, Pandekten. Götz, klin. Uebungen. Forchhammer, Aristoteles Politik. Himly, chem.-prakt. Ueb. Christiansen, Rechtsphil. Panum, chem.-hist. Ueb. Buttel, Zahlentheorie.	Thomsen, Archäologie u. Gesch. d. christl. Cult. Planck, Criminalprakt. Neuner, Pandekten. Wilda, Examinator über Deutsches Recht. Götz, klin. Uebungen. Forchhammer, Disput über Mythol. u. Topogr. Himly, chem.-prakt. Ueb. Buttel, Zahlentheorie.	
1—2	Himly, chem.-prakt. Ueb. Esmarch, chir. Klinik.	Himly, chem.-prakt. Ueb. Esmarch, chir. Klinik.	Himly, chem.-prakt. Ueb. Esmarch, chir. Klinik.	Himly, chem.-prakt. Ueb. Esmarch, chir. Klinik.	Himly, chem.-prakt. Ueb. Esmarch, chir. Klinik.	Himly, chem.-prakt. Ueb. Esmarch, chir. Klinik.	
3—4	Thomsen, bibl. Theologie. Behn, Nervensystem. Ratjen, jur. Literärgesch. Müllenhoff, Deutsche Grammatik. Thaulow, Pädagogik. Volte, botan. Demonstrat. Esmarch, Chirurgie.	Thomsen, bibl. Theologie. Behn, Nervensystem. Müllenhoff, Deutsche Grammatik. Thaulow, Pädagogik. Esmarch, Chirurgie.	Thomsen, bibl. Theologie. Behn, Nervensystem. Müllenhoff, Deutsche Grammatik. Thaulow, Gesch. d. Architekt. u. Skulptur. Esmarch, Chirurgie.	Thomsen, bibl. Theologie. Behn, Nervensystem. Müllenhoff, Deutsche Grammatik. Thaulow, Gesch. d. Architekt. u. Skulptur. Esmarch, Chirurgie.	Thomsen, bibl. Theologie. Behn, Zoologie. Forchhammer, Archäolog. Himly, chem.-prakt. Ueb. Kirchner, gerichtl. Medic. für Juristen. Friedlieb, Rechtsencycl. Esmarch, chir. Klinik.	Thomsen, Archäologie u. Gesch. d. christl. Cult. Wieseler, Passionsgesch. Forchhammer, Disput über Mythol. u. Topogr. Himly, chem.-prakt. Ueb. Kirchner, gerichtl. Medic. für Juristen. Friedlieb, Rechtsencycl. Esmarch, chir. Klinik.	Thomsen, Archäologie u. Gesch. d. christl. Cult. Wieseler, Passionsgesch. Forchhammer, Disput über Mythol. u. Topogr. Himly, chem.-prakt. Ueb. Kirchner, gerichtl. Medic. für Juristen. Friedlieb, Rechtsencycl. Esmarch, chir. Klinik.
4—5	Lüdemann, christl. Ethik. Chalybäus, Gesch. d. alt. Philosophie. Panum, Physiologie. Nitzsch, Gesch. Dänem. u. d. Herzogthümer. Dilmann, Jesaias.	Lüdemann, christl. Ethik. Chalybäus, Gesch. d. alt. Philosophie. Panum, Physiologie. Nitzsch, Gesch. Dänem. u. d. Herzogthümer. Dilmann, Jesaias.	Lüdemann, christl. Ethik. Chalybäus, Gesch. d. alt. Philosophie. Panum, Physiologie. Nitzsch, Gesch. Dänem. u. d. Herzogthümer. Dilmann, Jesaias.	Lüdemann, christl. Ethik. Chalybäus, Gesch. d. alt. Philosophie. Panum, Physiologie. Nitzsch, Gesch. Dänem. u. d. Herzogthümer. Dilmann, Jesaias.	Lüdemann, christl. Ethik. Chalybäus, Gesch. d. alt. Philosophie. Müllenhoff, Deutsche Ueb. Panum, Physiologie. Nitzsch, Gesch. Dänem. u. d. Herzogthümer. Dilmann, Jesaias.	Lüdemann, christl. Ethik. Chalybäus, Gesch. d. alt. Philosophie. Müllenhoff, Deutsche Ueb. Panum, Physiologie. Nitzsch, Gesch. Dänem. u. d. Herzogthümer. Dilmann, Jesaias.	Lüdemann, christl. Ethik. Chalybäus, Gesch. d. alt. Philosophie. Müllenhoff, Deutsche Ueb. Panum, Physiologie. Nitzsch, Gesch. Dänem. u. d. Herzogthümer. Dilmann, Jesaias.

Vorbereitung für die Prüfung in der Chirurgie

Stunde	Montag	Dienstag	Mittwoch	Donnerstag	Freitag	Sonnabend
5—6	Lüdemann, Volksschulw. Fricke, Gesch. d. Protest. Panum, Physiologie. Handelmann, Carl V. und seine Zeit.	Fricke, Dogmengesch. Panum, Physiologie.	Fricke, Dogmengesch. Panum, Physiologie. Handelmann, Carl V. und seine Zeit.	Lüdemann, Volksschulw. Fricke, Gesch. des Protest. Panum, Physiologie.	Fricke, Dogmengesch. Panum, Physiologie. Handelmann, Carl V. und seine Zeit.	Panum, Physiologie.
6—7	Fricke, Gesch. des Protest. Molbech, Dän. Uebungen. Weyer, rechnende Astronomie.	Fricke, Dogmengesch. Molbech, Dän. Uebungen. Weyer, rechn. Astronom.	Weyer, rechn. Astronom.	Fricke, Gesch. des Protest. Molbech, Dän. Uebungen. Weyer, Differential- und Integralrechnung.	Fricke, Dogmengesch. Weyer, Differential- und Integralrechnung.	Thomsen, hist.-theol. Ueb.
7—8						Thomsen, hist.-theol. Ueb.

In später zu bestimmenden Stunden:

Karsten, physik.-prakt. Uebungen; physik. Colloquia. Thaulow, paedagog. Seminar. Hegewisch, Heilkunst. Weber, Sectionsübungen. Nitzsch, histor. Uebungen. Molbech, Oehlenschläger's mythol. Gedichte. Dilmann, Sanskritgrammatik; hebräisch-exegetische Uebungen. W. H. Valentiner, Entwicklung des Eies. Schwartz, Kindbettfehler; Entbindungsoperationen. Esmarch, chirurgische Operationen. Bartels, venerische Krankheiten; gerichtliche Sectionen. Claudius, Histologie; topographische Anatomie; Osteologie; anatomische Examinatoria. Handelmann, Geschichte Amerika's. Schweb-Dollé, Uebungen im Französischen. v. Balle, Reitübungen. Rehbenitz, Zeichen- und Malübungen. Th. Valentiner, Histologie.